



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 103. Andreae Cornelii Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. hæi, ac demum S. Marcelli. XIV. A.  
 A.C. 1551. loylius Cornelius, Venetus, Meliten-  
 sis Eques, ac magnus Cypri Prior,  
 Cardinalis Diaconus tit. S. Theodori,  
 postea Presbyter tit. S. Marci Tranensis  
 Archiepiscopus, atque Ecclesiæ Ber-  
 gomenfis Administrator.

## §. CIII.

*Andree Cornelii Cardinalis obitus.*

*Ciac. p. 705.* Ceterum Cardinalium, qui hoc anno  
*Patr. Just.* obierunt, numerus longe inferior  
*in hist. Venet.* erat; quippe horum nonnisi duo recen-  
*Aubery via* sentur, quorum primus est Martinu-  
*des Card.* sius, de cuius fato supra egimus, alter  
*Ughel in* vero Andreas Cornelius patria Venetus,  
*Ital. Sacra.* atque ex nobilissima Corneliorum fa-  
 milia ortus, necnon Francisci ejusdem  
 nominis Cardinalis Nepos. Porro An-  
 dreas tam liberalitate, quam mira in  
 rebus gerendis dexteritate percelebris,  
 primo Camerae Apostolicæ Clericus,  
 postea vigesimo tertio ætatis suæ anno  
 Brixienfis renuntiabatur Episcopus,  
 tandem vero die decima nona Decem-  
 bris Anno reparatæ Salutis millesimo  
 quingentesimo quadragesimo quarto  
 Cardinalis Diaconus, titulo S. Theo-  
 dori a Paulo III. Papa nominatus fuit,  
 quem tamen titulum Julius III. commu-  
 tavit, atque illi titulum S. Mariæ in  
 Dominica attribuit, nec non eundem  
 Spa-

Spalatenſi Eccleſiæ Antiftitem præſe-  
cit, ſimulque in Patrimonii D. Petri  
Provincia Legationis munere decora-  
vit. Obit Cardinalis in flore juventu-  
tis ſuæ die trigeſima Januarii, corpus-  
que ejus primo apud PP. Auguſtinia-  
nos depositum, poſtea Venetias trans-  
latum ad Eccleſiam S. Georgii in Majo-  
rum ſuorum monumento prope Patrum  
ſuum fuit reconditum.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

§. CIV.

*Joannis Haſſelii Lovaniensis Doct̄oris*

*mors.*

Eodem Anno Joannes Leonardus Haſ-  
ſelius Sacrarum Literarum Doct̄or,  
ac Profeſſor in Lovaniensi Univerſitate,  
cum Tridentinæ Synodo intereſſet, na-  
turæ debitum ſolvit, eique in Profeſ-  
ſoris munere ſucceſſerat infamis Michael  
Bajus. Porro Haſſelio adſcribuntur  
Commentarii in Iſaiam, & D. Paulum,  
qui typis excuſi prodierunt ſub nomine  
Adami Sasbouth ex Ordine Fratrum  
Minorum; hic enim patria Delphienſis  
ſtudiis vacaturus Lovanium contendit,  
ibidemque Haſſelii Magiſterio uſus fue-  
rat. Ceterum Haſſelius adſcripto pro-  
prio nomine ſuo nonniſi diſſertationem  
edidit *de Neſtarii Patriarchæ Conſtantino-  
politani fact̄o ſuper confeſſione*; cum enim

*Miræus de  
Script Eccl.  
Dupin. Bibl.  
des Aut.  
Eccl. tom.  
16. p. 2.*

N 5

hic